



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCXL. Die Markgräfin Agnes von Brandenburg und der Herzog Magnus von
Braunschweig schenken dem Kloster Kaldenborn das Pfarrecht zu
Schorbau, im Fürstenthum Eisenach, am 10. Mai 1327.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

tati Vestre in Virtute sancte obedientie per apostolica scripta districtius precipiendo mandamus, quatenus Vos et singuli vestrum per vos, vel alium, seu alios religiosos vel seculares, de quibus Vobis videbitur, quos ad hoc exemptionis et quibusvis aliis privilegiis et indulgentiis, eis vel quibuscumque aliis sub quacumque forma vel expressione verborum ab apostolica sede concessis, que nulli quoad hoc volumus suffragari, nequaquam obstantibus, compellere per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita valeatis, dictum processum et contenta in eo publicare solemniter in locis vestrarum Civitatum et Diocesium, de quibus fuerit expediens, studeatis, Nos inde per vestras litteras vel instrumenta publica, principium et finem contentia presentium, infra terminum in eodem processu prefixum reddituri nihilominus certiores. Dat. Avinione, Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno undecimo.

Aus dem Vaticanischen Geheimen Archive Ex litt. autograph. Joh. XXII. Anni XI.

DCXL. Die Markgräfin Agnes von Brandenburg und der Herzog Magnus von Braunschweig schenken dem Kloster Kaldenborn das Pfarrrecht zu Schorbau, im Fürstenthum Eisenach, am 10. Mai 1327.

Tenore presentium Nos Agnes, Dei gracia Marchionissa Brandenburgensis, nec non Magnus, eiusdem gracia Dux de Brunsvik et Marchio in Landesberg, publice profiteamur, quod bona et matura deliberacione dedimus et in presentibus damus ecclesie sancti Johannis Evangeliste in Caldenborn canonicorum regularium omne ius, quod habuimus in parochia Zcorbau conferendi, et cum hoc renunciantes proprietati et libertati parochie prenominatae, ita quod habeat dicta ecclesia sancti Johannis, quemadmodum nos habuimus, cum omnibus proventibus et fructibus, pertinentibus ad parochiam suprascriptam. Ad meliorem huius proprietatis et donacionis certitudinem, presentem litteram nostris secretis sigillis dedimus consignatam, donec nostris sigillis authenticis poterimus confirmare, cum illa iam non habemus. Datum Delitz, anno Domini M. CCC XXVII. Dominica, qua cantatur Cantate Domino. Testes huius donacionis et proprietatis sunt strenui milites Tylo de Schenckenberg, Tylo de Diskau, Henricus de Sebik, dominus Fridericus plebanus in Delitz, Johannes plebanus in Lysau, Rudolphus Buffle Notarius et ceteri fide digni.

Schoettgen et Kreyfig Dipl. hist. German. II, 728. Hannöversche gelehrte Anzeigen v. J. 1753 S. 356 mit der Jahreszahl 1227.